Lc ccxxv & latinis & hebraicis. hic e(st) rex iudeoru(m); Unus autem de his
qui pendebant latronibus blasphemabat eu(m) dicens; Si tu es
Lc ccxxvi xp(istu)s saluum fac temet ipsum & nos. Respondens autem alter
increpabat illu(m) dicens; Neq(ue) tu times d(eu)m q(uo)d in eadem damna
tione es; Et nos quidem iuste nam digna factis recipimus
hic uero nihil mali gessit; Et dicebat ad ih(esu)m; D(omi)ne memento
mei cum ueneris in regnum tuu(m); Et dixit illi ih(esu)s Amen dico
Lc ccxxvii tibi hodie mecum eris in paradiso; Erat autem fere hora
sexta & tenebrae factae sunt in uniuersa terra usque in horam
Lc ccxxviii nonam; Et obscuratus e(st) sol Et uelum templi scissum e(st)
medium; Et clamans uoce magna ih(esu)s ait, Pater in manus
Lc ccxxviiii tuas commendo sp(iritu)m meu(m); Et haec dicens expirauit; Uidens
autem centurio q(uo)d factu(m) fuerat glorificauit d(eu)m dicens; Uere
hic homo iustus erat; Et omnis turba eoru(m) qui simul aderant
Lc ccxxx ad spectaculum istud & uidebant quae fiebant percutientes pec
tora sua reuertebantur; Stabant autem omnes noti ei(us) a lon
ge & mulieres quae secutae erant eu(m) a galilea haec uidentes
Lc ccxxxi Et ecce uir nomine ioseph qui erat decurio uir bonus & iustus
hic non consenserat consilio & actibus eoru(m); Ab arimathia
ciuitate iudeae qui expectabat & ipse regnum d(e)i, hic acces
Lc ccxxxii sit ad pilatum & petiit corpus ih(es)u. Et depositu(m) inuolut
sindone & posuit eu(m) in monumento exciso; In quo nondu(m) quisqua(m)
positus fuerat. Et dies erat parasceues & sabbatu(m) inlu
Lc ccxxxiii cescebat. Subsequutae autem mulieres quae cum ipso uenerant
de galilea uiderunt monumentu(m) & quemadmodu(m) positu(m)
fuerat corpus eius. Et reuertentes parauerunt aromata
& unguenta & sabbato quidem siluerunt secundu(m) mandatu(m)
Lc ccxxxv Una autem sabbati ualde diluculo uenerunt ad monumentu(m)
portantes quae parauerunt aromata; Et inuenerunt lapi
dem reuolutum a monumento & ingressae non inuenerunt